



Bénédictio des gorges le jour de la fête de saint Blaise

(3 Février.)

La bénédiction des gorges le 2 février, fête de saint Blaise, devient de plus en plus populaire. Elle se fait, à Montréal, à la Cathédrale, au Gesù et dans d'autres églises.

Voici la formule que le prêtre doit employer pour la bénédiction des gorges qui servent en cette circonstance :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnium mundi rerum diversitates, solo Verbo creasti, et ad hominum reformationem, illud idem verbum, per quod facta sunt omnia, incarnari voluisti : qui magnus es, et immensus, terribilis atque laudabilis, ac faciens mirabilia ; pro cujus fidei confessione gloriosus Martyr et Pontifex Blasius, diversorum tormentorum genera non pavesceus, martyrii palinam feliciter est adeptus : quique eidem inter cæteras gratias, hanc prærogativam contulisti, ut quoscumque gutturis morbos tua virtute curaret : Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut non inspectu reatus nostri sed ejus placatus fueritis et precibus, hanc cereæ creaturam bene t dicere, ac sanctificare tua venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, ut omnes, quorum colla, per eam ex bona fide tacta fuerint, a quocumque gutturis morbo ipsius passionis meritis liberentur, et in Ecclesia sancta tua sani et hilares, tibi gratiarum referant actiones, laudentque nomen tuum gloriosum quod est benedictum in sæcula sæculorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

Denique Sacerdos terminata Missa, depolita Casula, et Manipulo, accensis duobus cervis, ac in modum crucis aptatis apponens illos sub mento gutturi cujusvis benedicendorum, ipsis ante Altare genuflectentibus dicat :

Per intercessionem Sancti Blasii Episcopi et Martyris, liberet te Deus a malo gutturi et a quolibet alio malo.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.